



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CXXXII. Differentia 3. Secundùm Canones in notoriis extra ordinem,  
ordinem, seu iuris ordine non servato proceditur,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

## DIFFERENTIA 3.

*Secundum Canones in notoriis extra ordinem, seu iuris ordine non servato proceditur, c. Vestra, de cohab. cler. & mul. c. Cum sit Romana, de appell. c. Ad nostram, de iurejur. Secundum leges non ita:*

1. Prolatum, C. de sent. & interloc. om. Iud. 1. Absentem, C. de accus. Ioann. Bapt. à S. Blas.

166. Decianus l. 2. c. 21. n. 8.

I. Ordine iuris non servato, & summarie procedere idem significant, & contingit, quando omnes à iure præscriptæ solennitates omittuntur, præter citationem, & necessarias probationes, quæ juris naturalis sunt. Quem modum *Clement. dispensationum, de iudic. servari iubet in causis electionum, postulationum, & quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, decimarum, matrimonii, & usurarum V. Tholos. l. 47. Synt. c. 6. n. 7. & 8. Item l. 48. c. 1. Hodie, si Maranta credimus, Part. 4. de ord. iudic. §. 9. n. 1. non tantum in prædictis, sed in aliis omnibus causis processus summarie adhibetur. An ubique locorum? Merito dubites. Apud Piascium *Clementis VIII. Constitutio reperitur, quæ in omnibus terris Sedi Apostolicæ temporaliter subiectis non nisi summarie causas agi, & decidi imperat: eumque stylum omnes alie ecclesiæ servare posse, imò teneri existimat, Part. 2. c. 4. §. de ord. iudicior. sed usus tribunalium & consuetudo repugnat.**

II. Ius civile quod attinet, omnino

servandum in iudicii ordine, & certas solennitates præscribit, aliterque latam sententiam non agnoscit, sed pro irrita habet. Prolatam à præside sententiam contra solitum iudiciorum ordinem auctoritatem rei iudicatæ non habere certum est, l. Prolatum, C. de sent. Iud. V. Tholosan. l. 48. Synt. c. 1. ubi, in quo iudiciorum ordo consistat, explicatur. Nihilominus tamen in notoriis criminibus omnis solennitas juris negligitur, & Iudex factum notorium attendere potest, etiam si à parte non sit allegatum & probatum. *Aretin. Consil. 163. n. 6. ex c. Quanto, de translat. episc. op. Clarus §. fin. q. 9. n. 5. ubi proposita questione, utrum in notoriis requiratur probatio delicti? & respondet non requiri ex communi DD. sententia, & consuetudine inductum, ut in malefactis evidentibus rei suspendantur, mutilentur, & decapitentur.*

V. *Les. c. 29. D. 6. Lay-*

*man l. 3. ff. 6. c.*

2. *Tanner. D.*

4. q. 4.

d. 4.